




BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

TRENTO (DIOCESI), *Officium proprium sancti Simonis innocentis, & martyris Tridentini. Per totam diocesis Triden. a saecularibus, & regularibus, die XXIV. martij, celebrandum. Juxta s.d.n. Sixti papae V. decretum*, Trento, Giovanni Parone, [tra il 1681 e il 1728].

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T I-op d 28

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/289>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

Misc. T. d. 867.

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

T

I -OP

d

28

TRENTO



K 691673

b 691617

OFFICIUM²⁰

PROPRIMUM

SANCTI SIMONIS

INNOCENTIS, & MARTYRIS TRIDENTINI.

Per totam Diocesim Triden. à Sæcularibus, & Regularibus, die XXIV. Martij, celebrandum.

Juxta S. D. N. Sixti Papæ V.
decretum.



TRIDENTI,

Ex Typographia Episcop. Ioannis Paronj,
SUPERIORUM PERMISSU.



I N F E S T O
S A N C T I S I M O N I S

Innocentis, & Martyris
Tridenti, Dup.

Ad Vesperas. Antiphona.
Consilium fecerunt impij Ju-
dæi, ut innocentem puerum
raperent, & occiderent.

Psalmus. Dixit Dominus.
Antiphona. Tobias iniquus
rapuit Beatum Simonem, &
cum in Synagogam clam de-
duxit.

Psalmus. Confitebor.
Antiphona. Tenentes puerum
sævi carnifices, dicebant ad
invicem: perforemus venas
ejus, & sanguinem ejus biba-
mus.

Psalm. Beatus vir, qui timet.
Antiphona. Crucifigatur à no-
bis infans iste, sicut à patribus
nostris crucifixus est ejus Do-
minus Jesus Christus.

Psalmus. Laudate pueri.
Antiphona. In contemptum
Jesu, quem adorant Christia-
ni; à planta pedis usque ad
verticem non sit in eo sanitas.

Psalmus. Laudate Dominum
omnes gentes.

Capitulum. Apoc. 14.
Vidi supra montem Sion
agnum stantem, & cum
eo centum quadraginta qua-
tuor millia habentes nomen
ejus, & nomen patris ejus
scriptum in frontibus suis.

HYMNUS.

Puer beate patriam
Ingressus æternam, prius
Quam firmiori presseris
Terræ solum vestigio.
Dum tu simul cum parvulis
Ab rege castis impio
Illic triumphas lusibus
Lætis, & agnum circuis.
Amica verte lumina
Ad hæc tua incunabula,
Et nos precando subleva
Ad te, tuumque gaudium.
Deo Patri sit gloria,
Ejusque soli Filio,
A 2 . Cum

4 IN FESTO S. SIMONIS

Cum Spiritu Paraclito,
Et nunc, & in perpetuum.
Amen.

Ÿ. Gloria, & honore corona-
si eum Domine.

R. Et constituisti eum super
opera manuum tuarum.

*Tempore Paschali sic terminan-
tur hymni ejusdem metri.*

Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito

In sempiterna sæcula. Amen.

Ÿ. Sancti, & justi in Domino
gaudent, alleluja.

R. Vos elegit Deus in hæredi-
tatem sibi, alleluja.

Ad Magnificat, Antiphona.

Sacram præsentis diei solem-
nitatem pia celebremus ala-
critate, qua Beatus Simon
virginali fulgens aureolâ, &
martirij redimitus coronâ, cæ-
lum lætus ascendit.

ORATIO.

DEus innocentiae restitu-
tor, pro cujus nomine
Beatus innocens Simon acer-
bissime mortis supplicio à per-
fidis Judæis interemptus est:
præsta nobis, quaesumus, ut
ejus intercedentibus meritis,
ab hujus vitæ contagijs impol-
luti ad cælestem patriam per-
venire valeamus. Qui vivis,
& regnas cum Deo Patre in
unitate, &c.

AD MATUTINUM
INVITATORIUM.

Christum regem innocentiae

auctorem
Venite adoremus.

Psalms. Venite exultemus.
Hymnus.

SCelestus haurit sanguinem
Judæus integerrimum.

Nec guttur obstrictū potest
Lenire luctus questibus.

Sed hostis immanissimus
Tibi nequivit tam pio

Prodelle corde, quàm fera
Crudelitate profuit.

Tu nempe mundi lacrymis
Præreptus emisti bona

Immensa paruo impendio.
O nosque Simon adiuva.

Laus, & perennis gloria
De Patri, & Filio,
Sancto simul Paraclito;

In seculorum secula. Amē.

Tempore Paschali.

Deo Patri sit gloria,
Et Filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito

In sempiterna sæcula. Amen.

In primo Noctur. Antiphona.
Novit Dominus viam justo-
rum, & iter impiorum peribit.

Psalms. Beatus vir, qui cum
reliquis de communi unius Mar-
tyris.

Antiphona. Convenerunt im-
pij Judæi in unum adversus
Dominum, & adversus pue-
rum ejus.

Psalms. Quare fremuerunt.

Antip. Dixerunt perfidi Judæi,
non est salus ipsi in Deo ejus.

Psalms. Domine, quid mul-
tiplicati.

Ÿ. Glo-

INNOCENTIS MARTYRIS.

ŷ. Gloria, & honore coronasti eum Domine.

℞. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Tempore Paschali.

ŷ. Sancti, & iusti in Domino gaudete, alleluja.

℞. Vos elegit Deus in hereditatem sibi, alleluja.

Pater noster. Exaudi Domine.

Jube Domne. Benedictione perpetua.

De libro Apocalypsis Beati Joannis Apostoli.

Lectio prima. Cap. 14.

ET vidi, & ecce Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen ejus, & nomen patris ejus scriptum in frontibus suis. Et audiui vocem de celo, tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitruu magni: & vocem quam audiui, sicut iherosolymorum citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum novum ante sedem, & ante quatuor animalia, & seniores. Et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, Virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocumquejerit. Hi empti sunt ex hominibus pri-

mitia Deo, & Agno: & in ore eorum non est inventum mendacium. Sine macula enim sunt ante thronum Dei.

℞. Beati Simonis martyrium hodie celebremus, quem puerum à Judæis crudeliter martiratum: tanquam gratissimum sacrificium Angeli Domino presentarunt.

ŷ. Odoratus est Dominus odorem suavitatis, cui benedixit in æternum, Tanquam. Jube domne Unigenitus.

Lectio secunda.

ET vidi alterum Angelum volantem per medium cælum habentem Evangelium æternum; ut evangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum, dicens magna voce: time-te Dominum, & date illi honorem: quia venit hora Judicij ejus, & adorare eum, qui fecit cælum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt, & fontes aquarum. Et alius Angelus secutus est dicens: Cecidit, cecidit Babylon illa magna, quæ à vino iræ fornicationis suæ, potavit omnes gentes.

℞. Dixerunt impij Judæi in contumeliam Jesu, quem Christiani Deum colunt, hujus pueri sanguinem exhaustimus. Sed tu Domine ne tu

obliviscaris voces inimicorum tuorum.

ŷ. Superbia eorum, qui te oderunt ascendit semper. Sed tu. Jube domne. Spiritus Sancti.

Leſſio tertia.

ET tertius Angelus secutus est illos, dicens voce magna: Si quis adoraverit bestiam, & imaginem ejus; & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua: hic bibet de vino ire Dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius. Et cruciabitur igne, & sulphure in conspectu Angelorum sanctorum: & ante conspectum Agni. Et fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum. Nec habent requiem die, ac nocte, qui adoraverunt bestiam, & imaginem ejus: & si quis acceperit characterem nominis ejus. Hic patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei, & fidem Jesu.

ŷ. Viri impij dixerunt, opprimamus puerum istum iniuste, & deglutiamus eum tanquam infernus vivum. Ipsi enim homicidæ thelaurizaverunt sibi mala.

ŷ. Hæc cogitaverunt, & erraverunt, & excœcavit illos malitia eorum. Ipsi enim.

Gloria Patri. Ipsi enim.

In secundo Nocturno. Antiph. Mirificavit Dominus sanctum suum, & constituit eum in pace.

Psalmus. Cum invocarem. *Antiphona.* Intellige clamorem meum Domine: quoniam ad te clamavi.

Psalmus. Verba mea auribus. *Antiphona.* Ex ore infantium, & lactentium, perfecisti laudem tuam Deus.

Psalmus. Domine Dominus noster.

ŷ. Poluisti Domine super caput ejus.

℞. Coronam de lapide pretioso.

Tempore Paschali.

ŷ. Lux perpetua lucebit sanctis tuis Domine, alleluja.

℞. Et æternitas temporum, alleluja.

Pater noster. Ipsi pietas. Jube domne. Deus pater.

Leſſio Quarta.

Simon Tridenti pijs parentibus natus, cum menses viginti novem ætatis suæ nondum expleſſet, à Tobia Hebræo pecunia ab alijs Judæis corrupto, in foribus paternis clam surripitur. Deceverant namque illi adveniente eorum paschate, puerum aliquem Christianum occidere: ut ejus sanguinem (quod Deo gratissimum fore existimabant) in azymis miscerēt. Abreptus

igitur

igitur
plur
du
in S
vest
lant
mox
brac
nent
cuj
tuiss
audi
℞. I
Bea
mod
pis o
nost
tate
ctore
ŷ. N
min
noce
Chi

U
cru
dier
puer
forc
xilla
aliu
cerp
piagi
pelv
excip
suffo
quer
crum

INNOCENTIS MARTYRIS.

7

igitur, domum Samuelis, quò plurimi Judæi convenerant, ducitur. Inde noctis silentio in Synagogam fertur, ibi ei vestes detrahunt, fauces ejulantis linea vita obstruunt: mox illum, distractis hinc inde brachijs, instar crucifixi sustinentes, in tenerum corpus, cujus aspectu mitescere potuissent, vel famelici lupi inauditâ sevitâ grassantur.

R. De sinu parentum raptus Beatus Simon crudelem in modum tanquam agnus à lupis occisus est, & in Domini nostri agni immaculati libertatem translatus, Inter sanctos suam sortem adeptus est. V. Non privabit bonis eos Dominus, qui ambulant in innocentia. Inter. Jube domne. Christus perpetuæ.

Leclio quinta.

UNus autem ex eis truci vultu, cultro (qui & cruentatus in hunc usque diem ostenditur) summum puerilis virgæ abscidit, alter forcipe frustum carnis è maxilla abstraxit: tantumdem alius de pulpa crudeliter decerpit. Interim stillantem è plagis sanguinem, subiecta pelvi in abominandos usus, excipiunt. Aderat & qui, ne suffocatus infans brevius torqueretur, neve vox altior erumperet, lintecoli nodum

modò laxaret, modò restringeret. Neque tali laniena exaturati, creberrimis acubus omnes undique semimortua membra certatim perfodiunt. Clamabantque, se in Jesu contumeliam, quem Christiani pro Deo colunt, id facere: ut, quo pacto eorum patres cruci Jesum affixerunt, eo ipsi in puerum deserviant. Gaudent immanissimæ feræ rivulos invisî sanguinis toto corpore scaturientes, aspicere, & commaculari miserabili aspersione gestiunt, donec ille sic per horam excruciatu inter cruentos carnifices animam Deo tradidit, Decimo Calendas Aprilis Anno Domini millesimo quadringentesimo septimo quinto.

R. Dilaniatus forcipibus Beatus Simon, & acubus circumquaque perfossus, innocentissimam animam in Dei manus commendavit. Et æternam gloriam ingressus est.

V. Consummatus in brevi, explevit tempora multa, placita enim erat Deo anima ejus. Et æternam. Jube domne. Ignem sui.

Leclio sexta.

CUM autem impij homines sese suspectos populi querimonijs intellexissent; pavidi corpus exanime suis vestibus

stibus involyunt: atque in rivum subterfluentem projiciunt. Mox Joanni Episcopo denuntiant, ipsum corpus aquis devectum cratis obiectu apud se hæsisse. Quare illic mittitur urbis Prætor, qui eo inspecto, quod adhuc integrum triduo permanerat, (is enim erat Dominicæ Resurrectionis dies,) illos ratus scelus id perpetrasse, conijcit in vincula, tormentis afficit, & denique confessos pœnis justissimis damnat. Dein publico decreto impiæ genti Civitate, atque agro Tridentino interdicitur. Corpusculum verò innocentis pueri magno populi concursu in Ecclesia Sancti Petri conditum est. Quem miraculis clarum non solum Tridentini, sed etiam exteri, magna in veneratione habuerunt.

℞. Compressa infantis voce ne vagiret, innocens ejus sanguis ad te clamavit Domine, quem brevis horæ spatio tormentis erutum, sempiternis gaudijs perfrui voluisti. Impios autem tortores merita morte damnatos æterna caligine circumdari iussisti.

℥. Duo hæc audivi, quia potestas tibi est Domine, & misericordia: quia tu reddes unicuique secundum opera sua. Impios.

Gloria Patri, &c. Impios.

In tertio Nocturno. Antiphona. Paraverunt impij Judæi forcipes, ut dilaniarent in obscuro innocentem puerum.

Psalmus. In Domino confido. *Antiphona.* Innocens Simon, & sine macula habitabit in tabernaculo tuo Domine: & requiescet in monte sancto tuo.

Psalmus. Domine, quis habitabit.

Antiphona. Prævenisti eum. Domine in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

Psalmus. Domine in virtute tua.

℥. Magna est gloria ejus in salutari tuo.

℞. Gloriam, & magnum decorem impones super eum.

Tempore Pascuali.

℥. Lætitia sempiterna super capita eorum, alleluja.

℞. Gaudium, & exultationem obtinebunt, alleluja.

Pater noster. A vinculis. Jube domne. Evangelica.

Lectio sancti Evangelij secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 18.

In illo tempore, accesserunt Discipuli ad Jesum dicentes: Quis putas major est in regno cœlorum? & advocans Jesus parvulum, statuit eum

INNOCENTIS MARTYRIS.

9

in medio eorum. Et reliqua.

Homilia Sancti Joannis
Chrysothomi.

Hom. 59. in Matth.

Curiosè, inquit, scrutamini vos, & de primatûs honore contenditis. Ego autem: si quis humiliorem se ceteris non effecerit, ipsum ingressu cœlesti omnino indignum, assero. Rectè autem ante oculos ostensione parvuli totam rem posuit, ipso aspectu eos convertens, ac persuadens: ut absque simulatione aliqua humilitatem amplectantur. Parvuli autem non invidere, nec inanem expectare gloriâ, nec primatûs desiderare dignitatem noverant: sed maximam hanc virtutem possident, puram dico simplicitatem, & humilitatem. Non ergo fortitudine tantum, ac prudentia; sed humilitatis quoque virtute, & simplicitate, nobis opus est: quæ si non adest, salus nostra certè claudicat.

R. Infimus olim puer, & ignotus, nunc inter Christi Martyres ascitus omnia potes in eo, qui te glorificavit. Quod miraculorum multitudo undequaque coruscantium demonstrat.

¶ Id enim, quod in præsen-

ti est momentaneum, & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Quod. Jube domne. Cujus festum colimus.

Lectio octava.

ET quicumque susceperit unum parvulum talem in nomine meo, me suscipit. Non enim solum, inquit, magna erit merces vestra, si tales efficiamini: verum etiâ, si alios tales propter me honorabitis, propter vestrum erga illos honorem, regnum vobis retribuetur: quodque omnium extremum est, me ipsû suscipietis. ita vehementer humilitate, & moribus, qui procul ab omni simulatione absint, afficior. Parvulos quidem hęc simplices homines, atque humiles, quos multi spernunt, apellavit.

R. Intercede pro tua patria Beate Simon, adiuvent nos tua merita. Cujus precibus, & invocatione, multi desperata sanitate sani facti sunt.

¶ Qui nostra sorditate polluimur, & superbia condemnatur, tuâ innocentia mundemur, & passione liberemur. Cujus.

Gloria Patri. Cujus precibus. *Lectio nona lectio de Homil. feria occurrentis, & de ea sit cauti. nisi transferatur post Pascha.*

Le.

Lectio nona.

Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris. Nam, quemadmodum, qui hos parvulos propter me honorant, cœlum possidebant (inquit) imò verò cœlo quoque ipso majus aliquid, atque præstantius. Sic, & qui despiciunt, ac vituperant (hoc enim scandalizare hic significat) maximum plectentur supplicio. Detrimentum autem, quod hujus criminis causa homines invadet, & acerba supplicia, ab his, quæ nobis notissima sunt, præ oculis posuit.

Te Deum laudamus, &c.

*Ad Laudes, & per Horas,
Antiphona.*

Consilium fecerunt impij Judæi: ut innocentem puerum raperent, & occiderent.

Psalmus. Dominus regnavit.

Antiphona. Tobias iniquus rapuit Beatum Simonem, & eum in Synagogam clam deduxit.

Psalmus. Jubilate Deo omnis terra.

Antiphon. Tenentes puerum, lævi carnifices dicebant ad invicem: perforemus venas ejus, & sanguinem ejus bibamus.

Psalmus. Deus Deus meus.

Antiphona. Crucifigatur à nobis infans iste, sicut à Patribus nostris crucifixus est ejus Dominus Jesus Christus.

Canticum. Benedicite omnia opera.

Antiphona. In contemptum Jelu, quem adorant Christiani, à planta pedis usq; ad verticem, non fit in eo sanitas.

Antiphona. Laudate Dominum de cœlis.

Capitulum. Vidi supra montem Sion, ut supra in Vesperis.

Hymnus. Puer beate, ut ibidem.

ÿ. Justus, ut palma florebit.

℞. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Tempore Paschali.

ÿ. Pretiosa in conspectu Domini, alleluja.

℞. Mors sanctorum ejus, allel.

Ad Benedictus. Antiph.

Extensus in modum crucis Beatus Simon, & diris forcipibus, & acubus toto corpore fauciat, elevatis oculis in cœlum, sanctum emisit spiritum.

Oratio, ut supra.

AD TERTIAM.

Antiphon. Tobias iniquus.

Capitulum. Apoc. 14.

Vidi supra montem Sion vagnum stantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen ejus, & nomen patris ejus

scrip-

script
℞. bre
n
ÿ. E
op
Ce
Glor
ho
ÿ. P
pu
℞. Ce
fo.
℞. bre
mi
all
ÿ. V
tat
Glor
ÿ. L
cti
℞. E
all
Anti
C
H
ti
lec
qu
℞. bre
ca
ÿ. Co
fo.
Glor
ÿ. M
lu

INNOCENTIS MARTYRIS.

II

scriptum in frontibus suis.
R. bre. Gloria, & honore corona-
 nasti eum Domine. Gloria.
V. Et constituisti eum super
 opera manuum tuarum.
 Coronaasti.

Gloria Patri, &c. Gloria, &
 honore.

V. Posuisti Domine super ca-
 put ejus.

R. Coronam de lapide pretio-
 so.

Tempore Paschali.

R. bre. Sancti, & iusti in Do-
 mino gaudete, alleluja,
 alleluja. Sancti.

V. Vos elegit Deus in hæredi-
 tatem sibi. alleluja, alleluja.

Gloria Patri. Sancti, & iusti.

V. Lux perpetua lucebit san-
 ctis tuis Domine, alleluja.

R. Et æternitas temporum,
 alleluja.

AD SEXTAM.

Antiph. Tenentes puerum.

Capitulum. Apoc. 14.

HI sunt, qui cum mulieri-
 bus non sunt coinquina-
 ti; virgines enim sunt, &
 sequuntur agnum quocun-
 que jerit.

R. bre. Posuisti Domine super
 caput ejus. Posuisti.

V. Coronam de lapide pretio-
 so. Super caput.

Gloria, &c. Posuisti.

V. Magna est gloria ejus in sa-
 lutari tuo.

R. Gloriam, & magnum deco-
 rem impones super eum.

Tempore Paschali.

R. bre. Lux perpetua lucebit
 sanctis tuis Domine, alle-
 luja, alleluja. Lux.

V. Et æternitas temporum. al-
 leluja, alleluja.

Gloria. Lux perpetua.

V. Lætitia sempiterna super
 capita eorum, alleluja.

R. Gaudium, & exultationem
 obtinebunt, alleluja.

AD NONAM.

Antiphona. In contemptum
 Jesu.

Capitulum. Apoc. 14.

Hempti sunt ex homini-
 bus primitiæ Deo, &
 Agno, & in ore ipsorum
 non est inventum menda-
 cium: sine macula enim
 sunt ante thronum Dei.

R. bre. Magna est gloria ejus
 in salutari tuo. Magna.

V. Gloriam, & magnum deco-
 rem impones super eum.

In salutari.

Gloria Patri, &c. Magna est
 gloria.

V. Justus ut palma florebit.

R. Sicut cedrus Libani multi-
 plicabitur.

Tempore Paschali.

R. bre. Lætitia sempiterna su-
 per capita eorum, alleluja,
 alleluja. Lætitia.

V. Gaudium, & exultationem
 obtinebunt, alleluja, allel.

Gloria

72 IN FESTO S. SIMONIS INNOC. MART.

Gloria Patri. Latitia.

Ÿ. Pretiosa in conspectu Domini, alleluja.

℞. Mors sanctorum ejus, allel.

IN II. VESPERIS.

Fit de Annuntiatione B.M. Vir. cum com. sequent. S. Simonis.

Ad Magnificat, Antiph.

Lætare sterilis, quæ non paris, erumpe, & clama, quæ non parturis, sed tu magis lætare mater, lætare, & jubila Tridentina Ecclesia tanti filij ditata gloria.

Ÿ. Justus, ut palma florebit.

Tempore Paschali.

Ÿ. Pretiosa in conspectu Domini, alleluja.

℞. Mors sanctorum ejus, allel.

Oratio, ut supra.

Si hoc festum transferri contingat; in secundis Vesperis Antiphona, Psalm. erunt ut in primis; & loco ultimi dicitur Credidi.

Si verò translatio contingat post octavam Pasche, servetur ut in alijs festis post Pascha.

FINIS.

T.
li.
ctu Do-
jus, allel.
s.
ri contin-
eris An-
unt ut in
tini dici
contingat
e, serve
post Pa-

SIXTUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

REGNI cœlorum, quod Christus Dominus parvulorum esse dixit, claves in Beato Petro Apostolo nobis traditas, meritis licet imparibus, obtinentes; libenter Apostolicam nostram benignitatem, ad ea concedenda inclinamus, per quæ Deicultus, fidelium devotio, ac beatorum Christi Martyrum veneratio augeatur, eorum presertim, qui non solum pro ejus gloria vitam cum sanguine profuderunt, sed, qui in tenera quoque, atque adeò infantili ætate, ad ejusdem Crucifixi Domini Nostri JESU CHRISTI imaginem, & similitudinem, cruciatus acerbissimos pertulerunt. Nuper siquidem dilecti filij Clerus Civitatis, & Diœcesis Trident. memoriam divæ mortis recolectes beati Simonis pueri Tridentini martyris, qui ante vigesimum nonum suæ ætatis mensem completum à Judæis perfidis detestabilem suorum majorum impietatem in Christi Salvatoris nostri membris imitari volentibus, notis silentio in eorum synagoga in Dominicæ Passionis contemptum abactus, & Crucifixi in morem sublatu, carnibus ejus forcipe dilaceratis, & creberrimis acubus perfossis, sanguinem suum, atque animam immaculatam emisit, & multis postea claruit miraculis, ejus festivitatem solemnè, ac religiosè celebrari cupientes, proprium Officium tam Missæ, quàm Horarum, cum Hymnis,

74
nis, Antiphonis, Responsorijs, & Lectionibus eidem festi-
uitati congruentibus, sub nostro, & Sedis Apostolicæ be-
neplacito confici curaverunt, Nobisque humiliter sup-
plicari fecerunt, quatenus eorum pio desiderio annuen-
tes, Officium huiusmodi approbare, aliaque de super op-
portunè providere, de benignitate Apostolica, dignare-
mur. Nos igitur pijs eorum votis ad Dei Gloriam benignè
annuentes, & humilibus supplicationibus huiusmodi pa-
ternè inclinati, Officium ipsum per venerabilem fratrem
nostrum Alphonsum Episcop. Tusculanum Gesualdum,
& dilectos filios nostros Nicolaum Sanctæ Cæcilie Cre-
monen. Augustinum Sancti Marci Veronen. Vincentium
Sanctæ Mariæ in via, titularum Montis Regalis Presby-
teros, ac Fredericum Sanctæ Mariæ in Dominica Dia-
conum Borromæum nuncupatos Sanctæ Romanæ Eccle-
siæ Cardinales Congregationi super sacris ritibus, & cere-
monijs ecclesiasticis præpositos, ac per aliquos doctos, &
peritos viros, ad id auctoritate nostra delectos, diligenter
recognitum, examinatum, & servata Breviarij, & Mis-
sæ Romani forma emendatum, Apostolica auctoritate
tenore præsentium admittentes, illudque recitari per-
mittentes, festivitatem Beati Simonis Martyris huius-
modi, annis singulis, perpetuis futuris temporibus, Nono
Kalen. Aprilis, quod si infra hebdomadam sanctam oc-
currerit, prima die post octavam Paschæ Resurrectionis
Dominicæ festo duplici non impedita, sub duplici, & præ-
dicto proprio Officio per universas Civitatis, & Diocesis
prædictarum Ecclesias tam Sæculares, quàm Regulares
pro his qui secundum ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ
divinum

dem fe-
licæ be-
ter sup-
nnuen-
per op-
ignare-
benignè
odi pa-
ratrem
aldum,
ie Cre-
entium
Presby-
a Dia-
Eccle-
& cere-
fos, &
igenter
& Mis-
oritate
ari per-
s bujus-
s, Nono
tam oc-
eitionis
& præ-
dicæ sis
gulares
Ecclesiæ
num

divinum Officium persoluunt, accomodato solemniter ce-
lebrari volumus, statuimus, & ordinamus, ipsumque Of-
ficium, ut præfertur, emendatum separatim, & seorsum
à dicto Breviario Romano imprimi, & impressum vulga-
ri, ac in Ecclesijs, & locis prædictis in usum, & consuetu-
dinem liberè, & licitè sine ullo conscientie scrupolo intro-
duci posse, indulgemus: ita ut omnes, & singule utriusque
sexus personæ Ecclesiasticæ tam Seculares, quàm Regu-
lares, Officium Beati Simonis hujusmodi, in die illius festi-
vitatis recitantes, debito suo perinde satisfecisse censean-
tur, ac si Horas Canonicas, & alia divina Officia juxta
ejusdem Breviarij Romani præscriptum recitassent, nec
desuper à quoquam ea de causa molestari, perturbari, vel
inquietari possint: Non obstantibus Apostolicis, ac in Pro-
vincialibus, & Synodalibus Concilijs editis, specialibus, vel
generalibus constitutionibus, & ordinationibus, etiamsi
celebritas hujusmodi in postremo editis Breviarijs, ac
Missalibus reformatis non sit annotata, stat ut is quoque,
& consuetudinibus ipsorum ordinum regularium, ceteris-
que contrarijs quibuscunque. Insuper, ut Christi fideles
ejusdem Beati Simonis Martyris venerationi per exerci-
tium piorum operum vacantes, pijs ejusdem ante thro-
num Divine Majestatis suffragijs adjuvari, & exinde
Deo propitio vitam æternam facilius consequi merean-
tur: de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Pe-
tri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, om-
nibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus verè pe-
nitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui
in die festivitatis ejusdem Beati Simonis Martyris paro-
chiale

cbialem Ecclesiam Sancti Petri Tridentini, in qua corpus ejusdem Beati Simonis Martyris requiescit, à primis Vesperis usque ad occasum Solis ejusdem festiuitatis, devotè visitaverint, ac ibidem pro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exaltatione, Hæresumque extirpatione, & Infidelium conversione, ac Reipublicæ Christianæ tranquillitate, vel alias pias preces, prout unicuique suggeret devotio, ad Deum, effuderint, plenariam omnium, & singulorum peccatorum suorum Indulgentiam, & Remissionem concedimus, & elargimur. Presbyteris autem, & Clericis, ceterisque personis utriusque sexus per Civitatem, & Diocesim prædictam constitutis, qui eadem die Officium Beati Simonis Martyris recitaverint, ut præfertur, centum dies de injunctis eis, vel aliàs quomodolibet debitis penitentijs misericorditer in Domino relaxamus. Volumus autem, quòd præsentium Transumptis etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiasticæ constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die VIII. Junij MDLXXXVIII. Pontificatus nostri Anno Quarto.

X/5021

Tbo. Tbom. Gualterutius.

qua cor-
à primis
atis, de
e Eccle-
fidelium
illitate
devotio
gulum
nem con-
Clericis
tem, &
Officium
tur, cen-
et debiti-
us. Volu-
tiam in
o alicujus
e muniti-
is præsen-
ense.

mulo Pij
Pontificis

alterutin

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

T

I oP

d

28

OFFICIUM²⁰

I
NIS
NTINI.
& Regu-
dum:
e V.



x-rite

colorchecker



MSCCPPCC0613



EX Typographia Episcop. Ioannis Paronj,
SUPERIORUM PERMISSU.